De progenie Jacob. Isach Jacob etiam genuit: qui a deo israhel dictus est. Mater xii. patriarcharum. Genus quorum quadringentis annis acola in terra egiptiorum fuit: a quibus generati sunt Moyses et



Aaron. Qui Moyses populū hebreū trās rubrum mare pduxit: et  
Num filiū Josue vltra iordanē transfretauit. Qui Moyses terrā  
pmissionis cepit: ac ei diuisit.

**De David.**

David diebus Saulis iudeorū: et israhelitarū regis Soliam gigā  
tez. et plurimos occidit philisteos. Quorū preputijs Michol Sau  
lis filiā in vxorē obtinuit. Post mortē vero Saulis toti⁹ regni rex  
fuit pstitutus. Hic pater Salomonis regis fuit: qui sapia: diuitijs:  
et potētia precelluit reges vniuerse terre.

**De transmigracione iudeorum.**

Trāsmigratio populi iudeorum anno. xi. regni Sedechie in die. x.  
quiti mēsis: in anno. xix. regni Nabuchodonosor facta fuit. Deinde  
capta et incensa est Ierusalē: et populus ligatus: captiuusq; fuit in  
Babilone.

De edificatione Ierusalē vsq; ad tps Ciri persarū  
regis. In quo. l. milia iudeorū licentiā redeundi in ierusalē habueūt  
Quibus reuersis edificato: et dedicato tēplo tpe Artaxersis regi  
edificata est ierusalē: et oīs popul⁹ ad celebrationē sabbati iduct⁹ ē.

**De vita Iesu christi.**

Ominus noster Iesus xp̄s fili⁹ dei: qui angelo nuntiante  
concept⁹ est i ciuitate Nazareth de spiritu sancto et Ma  
ria virgine natus in Betlehem iude. Quē magi mūnera  
offerentes adorauerūt. Qui circūcisus post octauū diem i egiptū  
peregrinatus est: post annum septimū Galileam reuersus. Anno  
xii. etatis sue in tēplo disputauit. Stetitq; subdit⁹ parētibus: et a  
Iohanne. xxx. anno etatis sue baptisatus: ieiunium. xl. diebus cōsu  
manit. Diaboli tēptationes passus est: donec ab āgelis ei ministra  
ret. Deiq; hic saluator nr̄ a mōte recedēs cū peccatorib⁹ mādu  
cādo multos puerit. Petrū: et Iohannē: Jacobū: et Andreā: cetero  
rosq; apostolos. Necnō. lxxii. discipulos elegit: et coras ipsis mortu  
os suscitauit. Miracula fecit plura. Iudei at liuore inuidie: discip  
pulo Iuda autore tenuerunt eum: quem flagellis cedentes illuse  
rūt. et turpissimę crucis morte damnauerunt. Hic mortu⁹: et sepult⁹  
tertia die resurrexit. Post dies. xl. celos pscēdit: et ad p̄ris dexterā  
sedēs: v̄etur⁹ ē iudicāe viuos et mortuos. **¶** Diximus modo genologi  
as patrum per diuersas etates q̄ est corporalis creature opus  
p̄ncipale scz Generatiuum. **¶** Nunc autē de artificio opere corpo  
ralis creature dicendum est.

¶ Huius quidē artificū est qđ solū ad corporis artes pertinet.  
o Huius distinctio in has septē mechanicas diuiditur artes



Videlicet. Lanifitium: Armatura: Navigatione: Agricultura: Ve-  
 natione: Medicina: et Theatricam. Hinc scz a lanifitio humani  
 generis corpora tegunt. Ab armatura respública armis ptegitur  
 A nauigatione dedcūt mercatores mercimōias. Vegetū et vini opu-  
 lentiā nobis agricultura pfert. Venatio reptiliū: quadrupedū: vo-  
 latiliūq; oīm nobis predā ostendit: vt ciborum diuersitas regum  
 appetitum allitiat. Et abstinentibus: pauperibusq; cibum  
 pgruum acquirat: vt pisces et auiculas. Ex medicina corporis acq-  
 rit valitudo. A theatra ludēdi summiū exercitiū: quo delectati  
 homines eidem ingenia sua accomodare student.

De tertio opere creature qđ sensuale dicitur.

Tertium profecto opus Sensuale appellat: eo qđ sensuum  
 t inordinata affectio ad varia: et vitiosa opera trahit. Ut ē  
 oculus qui plurima noxia cernere cupit. Aures iniqua  
audiendo oblectantur. Gustus gulosa optat et vana. Odo-  
ratus vanos inquit odores. Tactus turpia: molliaq; palpitare  
 Iniqui deniq; pedes sp ad malum currunt. Et quoniā caro nostra  
 sane infirma est: et ad terre molē descendens: semper tpalia et vana  
 pcupiscit. Unde spiritus sp aduersus carnē: caro at aduersus spiri-  
 tum nunq; desinunt aduersari. Hinc pscientia: hinc etiam synthes-  
 tesis anime corporeis membris frenum imponere laborant.  
 Ad tria igit opera animalis creature transeamus. Sicut enī cor-  
 poris vitia pcepimus: sic etiaz anime dignitates: et vitia intelligē  
 valeamus. Opera cuiuscūq; aie in hoc seculo virtuosa: scientifica:  
 aut vitiosa esse cognoscuntur.

Ipus enī virtuosus nihil aliud est: nisi id p instrumentū cor-  
 o poris deo: et hominibus veraciter exhibere: quod a domino  
 et a primo recipere cupim: dum idē os pferat quod in cor-  
 de et aīo versat. ¶ De virtutibus theologice

Virtutum alie theologice: alie cardinales sunt: Nam theologice  
 sunt tres scz Spes: Fides: Caritas. Spes enī est de bono opere  
 optimā a deo mercedē expectare. Quā mercedē dñs nr̄ Iesus xps  
 in octo beatitudies demōstrauit dicēs. Beati paupes spiritu: qm̄  
 ipsorū est regnū celorū. Beati mites: qm̄ ipsi possidebūt terrā. Be-  
 ati q̄ lugēt: qm̄ ipsi p̄solabunt. Beati qui esuriūt: et sitiūt iustitiaz:  
 quoniā ipsi saturabunt. Beati misericordes: quoniam ipsi miseri-  
 cordiā consequent. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum vide-  
 bunt. Beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur.



Beati qui persecutionē patiunt̄ ppter iustitiā: qm̄ ipsorum est regnum celorum. Beati estis quuz maledixerit vobis hoies: et persecuti vos fuerint ppter me. qđ generaliter dixit.

### ¶ De Fide.

Fides est veraciter credere deū esse secunduz duodeciz articulos fidei nostre christiane. Et etiā fides est deo credē. i. sacrarū scripturarū pfirmare veritatē. Decēq; precepta: necnō et septem ecclesie sacramenta observare. Fides deniq; est in deum credere. i. christi opera imitari: et eius humilitatē cū paupertate: patiētia: et obediētia vendicare.

### ¶ De charitate.

Charitas est deum sup omnia et proximum tāq; seipsum diligere. Ab ipsa at oriunt̄ septem muna spiritus sancti scz Timor domini. Pietas. Sciētia. Fortitudo. Consiliū. Intellectus. et Sapia.

### ¶ De charitate proximi.

Charitas at proximi septē spiritualia gignit opera scz misericordie. Ut est sanum consilium dare. Instruere insciū. Reprehendere peccantem. Letificare mellos. Subuenire pauperibus. Orare p exilētib; i tēpestate. Orare p omnibus mortuis. Similiter q; septē corporalia opera misericordie gignit charitas pxiimi. Quorū primū est pascere famelicuz. Secundū p:ebē potū sitiētī. Tertū hospitari peregrinū. Quartum vestire nudū. Quintū visitare icarcerātos. Sextū visitare infirmos. Septimū sepelire mortuos.

### ¶ De quattuor virtutibus cardinalibus.

Cardinales virtutes sunt quattuor. Quarum diuisiones cū breuitat; omittēdo ipsas explicabim;. Primo enī iustitia est retribuere unicuiq; quod suum est. Prudētia est pte ritatum: presentiu; et futurarū rerū acta discutere: aduertere: et puidere. Temperantia est animi motus: et mundanarū rerū appetitus extingvens modēatio. Fortitudo est in bonis: et aduersis alacriter pseuerare.

### ¶ De secūdo ope aīe: qđ sciētificū dicit̄.

Idus secundum aīalis creature appellat̄ sciētificū. a quo omniū animarum humanarū: diuinarūq; notitia declarat̄ in hoc seculo: in quo duplicem recipimus sapientiam. diuinam scz et humanam.

### ¶ De sapientia diuina.

Sapientia enī diuina omnium diuinarum rerum eterna est cognitio. Et qua per spiritus paracliti grāz aīa in hoc mundo portiōz recipit suam. Huius enim sapientie radix sacram nobis theologiā produxit. Que diuini cultus ritum ostendit: et gratiarum dei: atq; iudiciorum occulta q; dulcissime.

¶ De sapientia huius mundi: hoc est philosophia.



12

Sapientia vero huius mundi: tam maioris quam minoris a diuina procedit sapientia. Juxta illud apostoli Jacobi: Omne datum optimum: et omne donum perfectum desursum est: descendens a patre luminis. Est quidem mundi sapientia omnium creaturarum vera cognitio: que philosophia dicitur. Quam in Grecia primo philosophi epicurei: deinde Stoici. postmodum peripatetici: reperisse tradunt. Quamquam ab Adā usque ad Abrahā: et prophetas prius inuenta fuisset.

De septem liberalibus artibus que a philosophia proficiunt.

Ab hac enim philosophia septem descendunt artes: videlicet. Grammatica: Dialectica. Arithmetica. Rhetorica. Geometria. Musica: et Astronomia.

De grammatica. Grammatica est scientia recte loquendi: scribendi que correcte. Que primum in egipto tempore Osiris mariti Isis reperta est.

De dialectica. Dialectica est acuta disputatio: verum a falso distinguens: que a Permenide ibidem reperta est.

Rhetorica. Rhetorica est disciplina ad que idonea persuadendum. Cuius repperitor fuit Demostenes fabri filius.

Arithmetica. Arithmetica dicitur ab ares: virtus: et thimus grece: quod latine numerus dicitur. Unde arithmetica virtus numeri interpretatur. Cuius autor apud grecos Samius Pythagoras. Adichomachus apud latinos fuit Geometria.

Geometria mensura terre interpretatur: que apud egiptum primum reperta fuit. Cuius autor apud grecos Euclides fuit: et Anaxagoras sagacissimus in tali arte ambitu orbis reperit. Et est geometria disciplina mensurarum in se rationem habens.

Musica ab aqua vocabulum sumpsit: eo quod nulla euphonia. id est sonorus sine humore fit. Et huius autorem Tubal: ut superius diximus: Moyses fuisse asserit. Sed greci Pythagoram. Alii Mercurium: qui primum tetracordum instituit. Alii Linum: alii Zethum: vel Amphionem fuisse tradunt. Et sunt tria musicorum genera. Unum quod carmina fingit: Aliud in instrumentis agit. Tertium quod instrumentorum opus: carmenque diiudicat.

Astronomia. Astronomia a lege astrorum nomen assumpsit. Et est astronomia que de astrorum lege: et celi conuersione disserit. Regiones: circulos: cursus: ortus: et siderum occasus inquirens. Cuius autorem aliqui Can Noe filium. Ptolomeum vero egipti regem repperitorem fuisse tradunt.

Ab his omnibus scientiis supra enumeratis vita hominum: et beluarum: ciuitates: regna: sceptraque protegentur.



**De tertio opere anime vitioso.**

Tertium opus anime vitiosum est. cuius partes conscribuntur in animo est. Triplex enim est peccatum. Originale scilicet Veniale Et mortale. **De peccato originali.**

Originale namque peccatum est quod primi parentes nostri Adā: et Eva in gustatione pomi operati sunt: nec deleri nisi per baptismum potest.

**De peccato veniali.** Veniale peccatum est quod homines usque ad reatum perpetue mentis non obligat: vel grauat: sed penam meretur. Et hoc facile remittitur. **De peccato mortali.**

Mortale peccatum est quod deum: et primum offendendi causam agit voluntariam: aut mente: aut corpore: seu mente: et corpore simul.

Que offensus dei et primi: in septem capitalia diuiditur peccata. Videlicet in Superbia. Ira. Accidia. Auaritia. Gula. Inuidia: et Luxuria. **De Superbia regina vitiorum.** Superbia regina omnium vitiorum est: que omnibus dedignatur sibi superioribus: quia illis non equatur. Dedignatur etiam paribus: quia equatur ei. Et inferioribus ne ei equentur.

Cuius filie sunt hec. Prima est inobediencia: quia (ut diximus) superbus vel vana gloriosus non vult inferior videri: quod fieret si esset obediens. Secunda est contentio: quia vult vincere cum clamore: et sic iustus videri. Tertia est iactantia qua quis enumerat bona sua ut laudabilis appareat. Quarta est ipocrisis: qua querit hominibus in exterioribus bonus haberi. Quinta est pertinacia que factum aut dictum suum defendit: ne errare videatur. Sexta est discordia que propter omnem dictum assumit contrarium propter vanam gloriam acquirendam. Septima est nouitatum presumptio: qua quis noua dicit: vel inuenit ut laudet.

**De Ira**

Ira est subtilis animi motus quo quis aduersus aliquem mouetur: cuius filie sunt sex. Quarum prima est rixa. Hec est audax vindicandi voluntas: et iniuria facti procedens. Secunda est timor mentis: hec voluntas vindicandi fugiens aduersitatem propter inimicitias extitatas. Tertia est contumelia. hec est voluntas vindicans propter exprobrationem malorum. Quarta est clamor: qui est voluntas se vindicans in exaltando vocem. vel est vituperium ad aliorum aures perueniens. Quinta indignatio: qui est voluntas se vindicans pro molestie signum exterius demonstratum. Sexta est blasphemia que est voluntas se vindicans pro opprobrium deo: vel sanctis illatum. **De accidia**

Accidia est diffidentia de propriis viribus: et auxilio dei ardua proplendi. Cuius filie sunt sex. Quarum prima est malitia: que est voluntas machinandi malum alicui: quum ei quis iniuriatur alicui tunc irascitur: postea tristatur. Secunda est desperatio: quia meritorum diffidentia: mater est dis-



fidētie premiorū: ex qua iterū tristitia oriē. Tertia est pusillanimi-  
 tas: que ex diffidētia nascit: pueniēte ex p̄sideratiōe pprie fragili-  
 tatis: aut opis arduitat̄. Quarta est rācor: q̄ est inueteratū odii.  
 qd̄ generat̄ ex vetustate ire. Quīta torpor mēt̄is circa p̄cepta. i. q̄s  
 dam inpluasibilitas: p̄ quā nō p̄t̄ iduci ad excusationē mādatōrum  
 dei. Sexta est vagatio mēt̄is circa illicita. Hec at̄ q̄n̄z ē pticularis  
 z certā h̄z materiā: z sic puenit oibus vitijs. Q̄n̄z est genēalis: z in  
 certa z hec pprie est euagatio accidie.

De auaritia

Auaritia est imoderat̄ amor h̄ndi: q̄. vii. filias h̄z. Prima ē obdu-  
 ratio cordis: z hoc fit obmittēdo. Secūda violentia: z hec fit nocē-  
 do alicui palā p̄fecta malitia. Tertia inquietatio. hec est lucri ap-  
 petit̄. Quarta piuriū: qd̄ in ēptiōe: z vēditioe sepe accidit. Quī-  
 ta fallatia: que fit p̄ verba decipiētis in occulto. Sexta fraus: hec ē  
 deceptio perfecta: z hec fit ī p̄ntia illi q̄ decipit̄. Septima pditio:  
 hec fit in absentia decepti.

De gula

Gula est imoderata cibi auiditas: z hec sex filias h̄z. Prima scur-  
 rilitas: qz gula mouet ad verba scurrilia. Secūda multiloquium.  
 Tertia detractionis. Quarta vitupia: z alia v̄ba iania. Quīta iēpta  
 letitia. i. lasciuia carnis: siue gestus corporis inordiat̄. lasciuia mēo-  
 tis demōstrans. Sexta imunditia: que puenire ex gula solct: vt est  
 vomit̄: eructationes fetide ac luxuria.

De luxuria.

Luxuria est libidiose voluptat̄ appetit̄: cui filie sunt. viii. Prima  
 cecitas mēt̄is: qz ī ope luxurie tota rō absorbet̄. Scda incōsidēti-  
 tio mort̄: z īferni. Tertia iconstātia ad cogitādū z desiderandū  
 mō istud: mō illud. Quarta amor sui. Quīta p̄cipitatio q̄ q̄s p̄cipis  
 tatus currit ad peccādū: exponēs se piculo mortis p̄pter luxurias  
 opandā. Sexta est odiū dei. Septima affect̄ p̄ntis seculi sc̄z ap-  
 petit̄ honorū: diuitiarū: z huiusmodi p̄ que finē suū p̄sequit̄ luxu-  
 riosus. Octaua d̄sp̄ratio futuri seculi: q̄ ē diffidētia gl̄ie: vel venie  
 p̄sequēde: z hec est filia luxurie p̄sumate.

De inuidia.

Inuidia est odiū aliene felicitat̄: cui filie sunt. v. videlicz. Odii  
 .i. velle malū alicui: z nolle bonū. Scda exultatio in aduēs̄is p̄ximī  
 Tertia afflictio in p̄sper̄. Quarta susurratio: q̄ est latēs detrac-  
 ctio. Quīta detractio que in apto fit: z vult melior vidēi illo cui  
 d̄strahit. Cū at̄que de triplici mōdo ī summa breuitate dici pote-  
 rāt istilo facillimop̄strixerim̄. Nūc eodē mō dicendū est de triplici  
 iudicio ordiat̄ vēturo ab artipico: a macrocosmo: z a microcosmo.  
 .i. iuditiū dei: celi: tēre: atz hoīm. Quod iuditiū triplex appellabi-  
 m̄ videlicz.



**I**udicium principale: Iudiciū pticulare: Iudicium spetiale. Et pri-  
mum de iudicio principali diceſ.

Iudiciū principale erit initium ſignorū dei ſm euangelium.

**i** Que ſigna deus in vltimis dieb' p̄miſit fieri ſc̄z ſiḡ erunt  
in ſole: et luna: et ſtellis: et in terris preſſura gentiū pre p̄fus-  
ſione ſonit' maris: et fluctuū. Arefcētib' hoībus pre timore: et expe-  
ctatione que ſupueniet vniuerſo orbi. Hoc itaq; iudiciū ab aduen-  
tu antichriſti vſq; ad .xv. ſignorū apparitionē erit (*De antichriſto*  
*¶* Nam in nouiſſimis dieb' de Babilone: et de tribu Dan vēit qdā  
hō pellifer: fidē chriſti ſubuertēs: q̄ ſe chriſtū et verum meſſiā faci-  
et. Unde antichriſtus appellabit' de tribu Dan. Hic ſupbia luxus  
ria: omniq; malitia plenus erit. Et diabolica p̄ſuaſione q̄z plurios  
hoīes: iudeos p̄fert: ad credulitatē: et iniquā fidē allitiet. Copioſa  
q; mūera offeret fidelib' chriſti ad eos preuaricādos. Sed ſi p̄ſen-  
tire noluerit poſt minas diuerſi cruet' penas iponet illis vſq; ad  
mortē. Sibi at̄ credere volentibus iprimat caracterē maledictio-  
nis. Tunc vero Enoch et Elias iſurgentes in eū veritatē chriſtia-  
ne fidei predicabunt: et fallatiā illi' iniquā eſſe. Quāobrē iſ peſſi-  
mus Antichriſt' illos martirio interire faciet. Adira ac ſtupēda  
miracula oſtēdet: donec in medio tēpli Salomonis tāq; de' ſede-  
bit adorād': et ecce āgel' dñi ibidē illū atrociffima morte iterfitiet  
Sāe tē iudei erorē ſuuz optie p̄gnoſcētēs: ad p̄ritiōz nouā: et p̄nias  
deuēiēt. Et ſic reliq; iudeorū ſalue fiēt. *De iudicio pticulari.*

**I**udicium pticulare ptim erit materie celeſtis ptim elemē-  
**i** taris. Nam ex ipsis quidem q̄ndecim horrenda ſigna ſunt  
preceſſura. *¶* Prima die mare ſtans i loco ſuo cubitis .xl. ſup  
oim montium altitudinē velut murus eleuabit'. *¶* Secunda die mare  
deſcēdēs t̄m deficere videbit' q; vix apparebit'. *¶* Tertia die piſces  
ſup mare ſe oñdēt: dātes mugit' vſq; ad celos: quos ſol' de' p̄cipi-  
et. *¶* Quarta die aq; maris: et fluiuz p̄buret'. *¶* Quinta die arbuſta: et hē-  
be: cūctaq; x̄gulta ſanguieū emittunt rozē. Sicq; aues celi q̄libz i  
genē ſuo: tēroze p̄tērite nil p̄it' gultaē qbūt'. *¶* Sexta die pene cūcta  
ruēt edificitia: et fluiua igne ab ortu ſol' vſq; ad occaſū currēt'. *¶* Septia  
die lapides fragēt adiuicē quorū ſtrepitū niſi de' itelligz'. *¶* Octa-  
ua die fiet tēremot' genēalis: ita vt null' hoīz ſiue aialū i ſe p̄ſiſtē  
poſſit'. *¶* Nono die exhibūt hoīes d̄ cauēnis: et tāq; demites et iſenſati  
eūtes ad iuicē loq; neqbūt'. *¶* Decia die oia montana i puluerē redi-  
gēt'. *¶* Undecia die ſurgēt oſſa mortuorū. *¶* Duodecia erit tāq; ſtelle  
cadētes d̄ celo: vel hoīes q̄ p̄i' i m̄do tāq; ſtelle ſplēdebāt i ruina

antixpo

eb. p̄gnis



**T**ertiadecima morietur omnes viuentes: vt cum mortuis resurgere queant. **Q**uartadecima ardebit celum et terra: et tñ ascēdet ignis quantū in die diluuij ascendit aqua. **Q**uintadecima vero et vltima die fiet nouum celus: et noua terra: omnesq; mortui surgēt immortales: et in christi etatis plenitudine scz annorum. xxxiii. **B**oni absq; vllō defectu nature: et grauedie. **R**emissisq; nature vitijs cū omni prestantia anime. **E**t corporis dignitate: ac optima valitudine: leti iucūdi: atq; gaudentes erunt. **M**ali vero icorrupti et ipsi resurgent cum omni naturali defectu ppria egritudine: ac vitio quo mortui fuerint: molesti: afflicti: trepidi absq; vlla consolatione: et pace erūt: nouissimū expectātes iudiciū. ¶ **D**e iudicio spetiali.

**I**udicium spetiale est iudiciū domini nostri Jesu xpi q̄ spetialiter ad iudicandū genus humanū venturus est. **Q**uod quidem iudicium in tres partes diuidimus. **I**n prima pte de aduentu iudicis dicemus: et saluatoris Jesu christi. **I**n secūda de damnatorū condemnatiōe: et pena. **I**n tertia de gloria beatorum.

¶ **D**e aduentu domini nostri Jesu christi.

**A**duentus domini nostri Jesu christi expletis prodigijs superius annotatis erit in valle Josaphat: vbi ipse christus cū omni militia celesti beatorum spirituū: et sanctorū omniū in aere eleuatus: in maiestate diuina: et humana carne sedebit ad iudicandum bonos: et malos reprobos: et electos. **B**oni vero: et electi ad dexteram iudicis in nubibus a terra eleuati erunt. **M**ali autē et reprobi ad sinistrā domini nr̄i Jesu xpi: in terra pstrati iacebunt.

¶ **D**e pena damnatorū. **P**ena igit̄ damnatorum triplex erit scz penitentialis: sententialis: et eternalis. **P**enitentialis enī tria in se penarum genera p̄tinet: videlicet Sensitiuā. Visiuā. Et expectatiuam. **S**ensitiua pena erunt dolores mēb̄orū graues: et egritudines corporis insanabiles. **V**isiua pena reprobōrū erit visio: et aspectus irati iudicis in eos: et angelorū apparatus ad eos expellēdos in inferni baratrū: necnō et atrocitas demoniorum parata ad ipsorū ruinā. **A**derūt etiā ante ipsorū oculos totius claustra iferni aperta innumerabilibus crutiatiabus plena. **E**xpectatiua pēa erit rancor: et trepidatio vehemētissima: in expectādo terribilē sn̄iam damnationis eterne. ¶ **D**e pena sententiali: **S**entētiālis pena erunt horribilissima verba Jesu xpi increpantis: dicētisq; malis ac reprobis. **E**suriui enī et non dedistis mihi manducare. **S**itiui enī et non dedistis mihi bibere. **H**ospes erā: et nō collegistis me. **I**nfirmi



mus erā: et in carcere: et nō venistis ad me. Tunc respondebunt ei dicētes. Dñe qñ te vidim⁹ sitientē aut esurientē: aut hospitē: aut nudū: aut infirmū: aut in carcere positus: et non ministravim⁹ tibi: Tunc respondebit illis. Amē dico vobis q̄cūq; nō fecistis vni de minorib⁹ his: nec mihi fecistis. Quāobrē ite maledicti in ignē eternum: q̄ parat⁹ est vobis: diabolo: et āgelis ei⁹: Ad que stupēdissima p̄tremēdaq; vba oēs damnati sūmmis cū stridorib⁹: atq; horrēdo ululatu cū imundis spiritub⁹ rüent in infernū. De eterna pena damnatorū. Eternalis deniq; peccatorum pena erit infra scripta.

Ad Martin⁹ diuēsit⁹: et cruciatus: q̄ quidē in eternū et ī seculū seculi manebit. Unde oī spe p̄it⁹ amissa re, p̄bi damnati: oēsq; in infernū baratro clausi: hec tria ī p̄petuū mala sustiebūt. Malū scz sp̄tiale Malū sotiāle. Malū genēale. De malo sp̄tiali. Malū sp̄tiale est vniuscuiusq; peccatoris sp̄tialis pena aīe: et corporis: vt in hoc exēplo. Quilibz supbus iux̄ id quod p̄ supbiā magis: minusue peccauerit: ita diuersa: et sp̄tialia martiria sustinebit: vtpote. Si supbe q̄s locutus fuerit: lingua eius igne p̄buret. Si eleuata ceruice supbiā egerit: sepultū caput in ignē habebit. De malo sotiāli. Malum sotiāle erit quedā ordinata pena: vt in hoc exēplo. Quib⁹ supbis dabit⁹ ignis acerbissimus sub pedibus luciferi. Quarū lac⁹ feruētis liquefacti auri dabit⁹ pena. Luguriosis picem feruentez dabit⁹ infernus. Sulosis fluiuis dabit⁹ sulphurē in quo submersi iacebūt. Accidiosi in frigidissimo glatiarū lacu punient⁹. Tracūdi in tenebris exteriorib⁹: et interiorib⁹ cū draconib⁹ habitabūt: eorū mēbra deuorātib⁹. Inuidi obscurissimis speluncis obtrusi: atq; caueris: remanebūt cū vermib⁹: oēs eorū sensus deuorātib⁹. De malo generali. Malū generale sunt vniūse pene q̄ genēaliter dānis p̄tribute sunt oībus. Tū supbis tūq; ceteris peccatorib⁹ cui cūq; peccato subditis. Quarū quidē penarū alie intrisece aīe. Alie exteri⁹ in corpore sunt. Alie deniq; iteri⁹: et exteri⁹ habēt. Idene aīarū interiores scz. xi. sunt lachryme intēiores. Vermis p̄scie. Ti mor. Idudoz. Inuidia. Rancor. Ablatio toti⁹ spei. Dolor creatiōis proterua fantasia. Demens p̄scia. Profundissima deniq; tristitia. Idene corporis extēiores scz sunt. viii. Calor ignis. Stridor frigoris. Tenebre. Clamor ī p̄borū. Sitis acerbitas. Sulphuris fetor. Vincula. Carcer. Idene xō interiores: et exteriores aīe: et corporis sunt. iiii. Aspect⁹ demonū. Carētia diuīe visiōis. Carētia mortis. Furores irascibilis. Ac ve ve illis q̄ ob vitiorū suorū ad hec mērenē supplitia deferri vbi ī eternū spes euadēdi nulla p̄it⁹ futura

De eterna pena  
dāpnatorū

Malū sp̄tiale  
Malū sotiāle  
Malū genēale



ē. Quā tūc btōrū glīam āplī ipsi etiā videbūt: n̄ ad illorū suffragiū  
 s̄ ad sui incēdū maiorē dolorē z afflictionē. De gloria beatorū.  
 Gloria p̄fecto beatorū in. v. diuidit̄ gaudia: q̄ sunt. Gaudiū plas  
 tū. Cōfirmatū. Ordinātū. Glorificatū. z premiātū. De gaudio  
plato. Gaudiū plato erūt dulcissima v̄ba dñi nr̄i Jesu xp̄i i extre  
 mo exāmie dicētis p̄blāda voce: z iucūdiūssimo vultu. Venite. bñdi  
 cti p̄ris mei possidete regnū qđ vobis a m̄di origie patū est.  
De gaudio p̄firmato. Gaudiū p̄firmatū erit ipsa sn̄ia saluatoris  
 nr̄i ab ipso saluatore nr̄o: z ab oib̄ sanct̄ p̄firmata. videlicet q̄ oēs  
 rep̄bi iuste damnati sint. boni at̄ ad gloriā electi sempitēnā rema  
 neāt. His at̄ exēplis q̄ sc̄z ad beatorū salutē: z de dānatorū: rep̄bo  
 rūq̄ ruinā ptinēt. Celoz: z terra p̄ ignē purgato: eadēq̄ tēra tāq̄  
 cristallū purissimū renouata: z redacta i planitiē: oēs electi i nub̄  
 b̄ eleuati cū dño nr̄o Jesu xp̄o: oīq̄ beatorū spiritūū militia: sacra  
 tissimo iubilatiq̄ cū sc̄torū cetū gloriā p̄scēdet sēpiternā: i q̄ gau  
 diū ordinātū p̄culdubio erit. De gaudio ordiato. Gaudiū or  
 dinātū est illa summa letitia qm̄ electi hēbut in dignitate cordis  
 z locatōis sc̄torū beatorū: z āgelorū: sic i subdito patebit exemplo  
 Quā sic in āgelic̄ spiritib̄ ordinē mirabilē admodū instituit deus.  
 Nulli dubiū eē debz qn̄ idē i sc̄tis electisq̄ suis factur̄ sit. Ut q̄li  
 bet i ḡdu suo gloriari possit i deo: quo frui i etēnū valeat i sublimi  
 ori p̄te celi ēpirei. De trinitate. i paradisi gloriosissima trinitas  
 p̄r. sc̄z z fi. z. f. i. i trono tāq̄z impiali i sede q̄escet̄ die. vii. i q̄ ab oī  
 ope suo qđ patrarat cessatur̄ est. Ad cuī dexterā dñi nr̄i Jesu xp̄i  
 sedebit hūanitas / z btā v̄go eī ab alt̄ eo latē māsura ē. Huic at̄ se  
 di. p̄ recliatorio erūt Seraphin. Cherubin. Dñatiōes. Principat̄  
 Potestates. ac v̄tutes. Troni p̄ sede dei astabunt. Septē v̄o arz  
 chāgelorū spūs corā dei maiestate assistēt. quorū tria hec habent  
 noīa. Gabriel nuntī̄ dei. Raphael medicina dei. Michael iustitia  
 dei. Cuī offitiū vsq̄ ad diē iuditiū mēta aiarū ē cernē. angelis p̄ci  
 pere: z archāgelis iux̄formā iā in superiori m̄do artipico ordiate cō  
 scriptā. Quā z de sc̄torū ordie p̄ tres ḡd̄ i trono dei existentū: vas  
bim̄ exēplū tale. Grad̄ p̄mus sublimior locus i trono est: vbi iuo  
 cētes i Apocalipsi habitae sub ara dei describūt. Quz qb̄ etiā io  
 seph dñi nr̄i Jesu xp̄i nutritī ponit̄: vt q̄ saluatoris infantia nutris  
 uit infantū p̄sortio foueat. De secundo ḡdu. In sc̄do ḡdu q̄ttuor  
 sedebūt euāgeliste: q̄ vitā mores: doctrinā: passionē: mortē: resurs  
 rectionē: ascētionē. z oīa q̄ ad xp̄i fidē ptinē videbāt: tā ore q̄z cala  
 mo toto p̄dicauerūt orbi. qm̄ xp̄m sāguie suo puēi nutritū testati sūt

De glā broze diuiditur p̄ quinq̄ gaudia

De gaudio plato

De gaudio cōfirma

De gaudio ordiato

De p̄m̄ ordie

p̄m̄ ḡdus

29 ḡdus



De tertio gradu / Gradu tertium in quo doctores habitant qui tanquam euangelistarum repetitores: doctrinam quam ab ipsis magno ibiberunt sudore: nobis insudando facillimam ostenderunt.

De locis sanctorum.

Primus sanctorum locus dicitur in quo beatus Johannes baptista cum apostolis. Et Adama cum patriarchis in circuitu throni sedebunt ceteris altiores. ubi Maria magdalena cum Bismas. i. cum latrone sic noiato tanquam misericordie principali ora exempli summi et gloriosissimi dei consedere videbunt. Discipuli domini nostri Iesu christi: cum iudicibus: et populi regibus veteris testamenti scilicet Moise: et David: in circuitu throni erunt in secundo choro gaudentes. In tertio choro martires noui: cum vetustissimis athlete consortes erunt. In quarto choro pontifices romane ecclesie: cum pontificibus antiquis legis hebreorum stabunt ad inuicem gaudentes. Erunt confessores non pontifices cum prophetis in quinto choro. Virgines cum virginibus manebunt in sexto. In septimo vidue cum viduis quiescent. Octauus chorus habitatio erit continentium cum continentibus: Denique iungati cum iungatis pristinae legis inuicem gaudebunt. De gaudio glorificato. Glorificatum gaudium est gloria que diuersas dignitates animabus: et corporibus electorum contribuit: ut hic inferius latius continetur.

De gloria paradisi.

Gloriam paradisi esse nihil aliud scire debemus: nisi quod sit deus omnipotens: qui in trinitate uiuit et regnat in secula seculorum. Cuius glorie tanta est maiestas: ut omnium seruorum suorum anime et corpora post iudicium ineffabilem letitiam persequantur. Quorum dignitates tam in qualitate quam in quantitate: et maxime: et diuerse erunt. Alie namque proprie sunt anime. Alie corporis. Alie anime et corporis. Dignitates sunt in his tribus potentibus in quibus ad dei imaginem creata est anima: ultra tamen materiam creationis. Nam minor anima paradisi memoria: intellectu: et voluntate: plus a deo: et ab omnibus creaturis capit: quam omnes demones cum omnibus damnatis. An erunt animarum dignitates multo magis in paradiso post iudicium digniores: propter corporum unionem. Que animarum dignitates sunt sex

De dignitatibus animarum

Prima dignitas anime est: cum intellectu deum agnoscere ineffabili cognitione. Et omnium creaturarum diuinarum: humanarumque rerum perpetua: et verissimam habere cognitionem. Secunda dignitas



tas aie est: eternaz patris potentia: filij sapientia: spiritus sancti cha-  
 ritate: vaciter sup excessus nature itelligere: particulariter scz i boni-  
 tate: pietate: iustitia: misericordia: &c. Non tñ vno modo omnes aie pcipis-  
 unt. Alie plus: alie minus: quelibz in gradu: & portione sua. **Tercia**  
 dignitas est: cū memoria reminisci cuncta dei magnalia: facta:  
 que facit: & que factur⁹ est: sūm p̄munē: aut particularē: in mag⁹ aut  
 minus: cognitionē: tñ supra excessum nature animarū: & spirituum  
 malignorū. Ita memorie dignitas: tāta erit: vt omniū hoim: & be-  
 luarū genus in p̄muni: & particulari colligat cognitione: & oim sciarū  
 dogmata: q̄z dilucidissime. Ineffabiliter postremo quecūq; glorio-  
 sa pcipiet aia: tenebitq; i p̄petuū. **Quinta** dignitas aie est imēsa  
 cū charitate: volūtate suā i dei volūtate ita posse vniri: vt volūtas  
 dei sit voluntas aie: & aie voluntas dei sit. **Ultima** dignitas deniq;  
 aie est. Charitate diuina fruendo: magis: magisque augendo: vsq; in  
 infimum deo frui posse. Et tā in gloria angelorū: q̄z sanctorū spi-  
 rituum: & oim beatorū letari: vt & ipsi maiorē gloriā sp: & dignita-  
 tem acquirentes sint. Que quidē dignitas in xii. dotes exponitur  
vt infra patebit.

2<sup>a</sup>

3<sup>a</sup>

ultima

**De dotib⁹ corporū: dignitatibusq;.**

Rit at corp⁹ humanū de natura elemētari sicut in seculo  
 e erat. Verūtñ, ppter glorificationē: & diuinā purificationē  
 imutabit de dignitate in dignitatē. **De defectu in virtutē**

De dotib⁹ corporū  
dignitatibusq;

**De passione in impassibilitate:** hoc mō. Ubi erat p̄densum: gracile  
 fiet & subtilissimum: ita vt montes & parietes transire valeat: tā  
 q̄z si p̄ aerē volasset. Erat tarditate oppressum: tunc oim habebit  
 velocitatē: ita vt i momēto oculi totū possit orbē p̄agrarē. Si ni-  
 grum fuerat: aut obscurum: a deo lucidissimū fiet: vt septies solis  
 superet splendore: & impassibile ab omni afflictione prorsus remāe-  
 bit alienū. Tanta insup agilitate dotatū erit: vt a cētro terre vsq;  
 ad angelicos ordies scandere possit in momēto. Ita etiā robustus  
 & forte ēit: vt sol⁹ castra: ciuitates mōtesq; a radice valeat euertē.  
 Glorificatis corporib⁹: & ab oī p̄cīt⁹ egritudine p̄uatis: tūm mira  
 p̄petuaq; pulchritudie erūt decorata. sup oia aromata redolebūt  
 optia plēitudis xpi iuuentute reformata. Deiq; egregijs adorna-  
 ta sensib⁹ inuisibilia cēnēt: iaudita audiēt: & q̄ nō licz hoī loq̄ audac-  
 ter fari poterūt. Odoramentorū fragrantia odorabūt ineffabilem  
 Cibū demū angelicū corpora gustabūt hūana: & diuio saturabūt  
 potu.

vbi erat ḡd̄tu

tarditate opp

si nigru aut  
obscuru

tanta agilit. dotat  
vt it  
ita sua robustu  
vt it

egregijs adornat  
sensibus

**Vixim⁹ aiarū & corporū gloriā: dignitatemq; i sp̄tiali**  
**Quid nūc i cōi habeāt excellētie breuiter videam⁹.**



de donis cor por digni  
tribus / quid i cor  
abent excellenre  
ocuditate

Et erit his ppetua: et ab omni perturbatione / alieni / peni  
tus erunt. Nam oēs beati eternā concordia / ppetuā letitiā  
z quietem: iucunditatē: z dei angelorum: q̄ dilectionē / nec  
non z beatorum ipsorum diuinā ad inuicē pseruabunt amicitiam  
Tunc omnibus erit laus: decus: z potestas.

Quantum enim ad beatorum gloriam ptinet: nos satis dixisse ar  
bitramur. Nigitur de gaudio sequamur premiato.

Gaudium premiato / oim sanctorum / gaudium est iux q̄lis  
tatē bonorum operum suorum: vt hic ppe manifeste app  
aret. Duplex est enī patrie eterne sanctorū premiū. Quan  
titatis in spetiali. Et dignitatis.

Quantitas beatorum premiū in  
triplicem numerum distinguit. In centenū scz quod sanctis ofo  
fertur virginibus. in sexagesimum quod viduis datur. In trigesi  
mum quod omnibus coniugatis attribuitur. Dignitas premiū du  
plex est scz Gradualis: z Coronalis.

De dignitate graduali  
Est dignitas gradualis de qua superius ad plenum p choros scrip  
simus. Nam maior dignitas est apostolorum q̄z discipulorū. Qm̄  
alie in choro patriarcharū posite sunt. Alie vero apostolorum: oēs  
iux meritum ipsarum.

De dignitate coronali.  
Dignitas coronalis est aureola / que tāq̄z corona p dignitate solis  
xginibus: doctoribus: atq̄z martiribus attribuit. Sz martires sūt  
non solum hi q̄ martirij gladiū suscipiunt. Verum z qui p deo: p  
fide: p religione: z p bono proximi p̄tinuum hoc in mundo marti  
rium sustinent tribulationū: q̄z z ipse laureolā habere merent. Ad  
quam quidē gloria: dignitatē z coronā prenoiatas huius opis nrl  
lectorē puenire faciat omnipotēs deus. Ad cuius laudē: z hono  
rem editū est hoc opusculū. In quo a pncipio creationis cunctarū  
rerū: vsq̄z ad pfecti iuditij horas oīa breuiter enarrare curauimus

Itaq̄z filioli mei ad quorū instantiā: ac etiā utilitatē ipsum ad scri  
bendum ptuli: si plus: minus q̄z debuerā conscripserim: corrigēda  
correctōi exponens: venia dignus apud vos hri veli. Si at̄ pdu  
cibile qd memoria: ptuleri: id nō mibi: sed soli deo attribuendū iu  
dicetis. Qui de<sup>o</sup> oipotēs oim i se fedeliter credentiuz vt fuit pdis  
tor: sic z saluator existet in fine seculi amen.

At iterum: atq̄z iterū hec oīa que superi<sup>o</sup> dixerim: scripserimue ide  
center: aut que non debuerāz licueratq̄z protulerim: sacre pagine  
offero doctoribus corrigendum.

dignitas premiū  
duplex est  
gradualis  
coronalis

dignitas coro  
nalis est aureola

qui sustinet mar  
tyriū tribulacō



**Ad fratres suos Cartusienſes domus ſanctorū Jeronimi ⁊ Bēnardi ppe Padua de imenſa charitate dei. Prefatio.**

Sicut pridie de interiori hūilitate: ⁊ patiētia locut⁹ ſus vo⁹  
bis dilectiſſimi frēs: ita ⁊ nunc de ſumma dei charitate  
sermonē facere ppoſui: vt quēadmodū iudicia dei acerrī  
ma audisti fieri in ſupbos pro acquiſitōe hūilitatis in  
ſalutē. Et iudicia in humilib⁹ p conſervatione humilitatis. Ita p  
cipere poſſitis dilucide q̄ ⁊ quanta electis ſuis dñs ſuauiſſim⁹ lar  
giat⁹: ⁊ donet his qui tribulato corde fuerūt. Quibus ſp ppe fuit  
⁊ erit: vſq; ad pſumationē ſeculi. Unde ⁊ nos in ipſum ſperare de  
bemus: q; poſt tēptationes: tribulationes: ⁊ anguſtias ppter euz:  
de gaudio ⁊ letitia ſempiterna nobis puidere dignabit⁹: dicente  
domino. Vos qui ſecuti eſtis me: ⁊c.

De ſuma dei caritate

et donet hijs q  
tribulato corde  
fuerunt, quibus  
sp: fuit / it / 2

quid sit caritas

**Quid ſit charitas dei.**  
Eſt enim charitas dei in electis in hac ſc; mortali vita niſi  
e hūil aliud niſi arra diuine fruitionis: que p diuerſa ſpirituā  
lia media cognoſciť. Media autem principaliora ſunt qn  
B. Gratia / vocationis. videlicet Subſtimationis. Correctionis. Reſ  
fectionis. Et conſolationis.

gratia vocationis  
gubernationis  
correctionis  
reſplorationis

**De vocatione.**  
Ratia vocatōis eſt mediū p quod de⁹ quē diligit ad atriū  
ſue ſacre religionis trahit. Unde ſaluator noſter ait. **Ne  
mo venit ad me niſi pater me⁹ traxerit eū.** Ille equidē du  
cit⁹ ⁊ vocat⁹ a patre qui nō humana induſtria ductus. ⁊ ſua fretus  
prudētia / audet oīa equanimiter tollerare poſſe: ſed aut itima cō  
tritione p punctus de peccatis: aut diuino vulnerat⁹ amore a cor  
de penitus ſeculum cū oī gloria ſua extinctum eſſe pgnoscit (nec taſ  
a v̄tute ſua hoc eſſe credit: ſed a diuina oīno eueniſſe miā veracitē  
putat. Nam p ſeipſum non ſolum cogitat mundum deſpicē poſſe:  
ſed nec i ipſo viuere ſcire optime noſcit: dicēte dño. **Plātato quā  
nō plātavit p̄ me⁹ eradicabit⁹: Iō animaduertendū ē in accepta  
dis nouit⁹ / an a deo vocati ſint: an ab humana prudentia. Ma alij  
ducti ſunt a natura. Quia ſaut Saturn⁹ ſaut Jupiter predomia  
tus ē q̄ ſacrī morib⁹ domināt. Alij a terrore penarū iferni trahūt.  
Quia forte p̄ocupati melācolice gradu quodā: eligūt in hoc m̄do  
magl affligi q̄ i tartareis deputari faucib⁹. Alij v̄o a dño vocati:  
nec naturā ſequūt hūanā: nec tērorē verē eternū. S; diuina tātū  
freti miā i filiū dei ſui dñi n̄ri Jeſu xp̄i honorē: ⁊ laudē: oīa poſſe xa  
citer credūt. Ideo non curant de dilatione probationis ſue: quia  
iam in corde eorum approbata eſt voluntas ſua.**

Quia v̄o n̄d  
atruū v̄ligu

De acceptis  
nouit⁹

ii



cap. de Nouis

Unde talib' oia facilia sunt in pbatione: tam in vigilis: q̄s in ieiunijs: in silentio: z ceteris obseruatijs. Et ideo dicit Ab operibus eorū cognoscetis eos. ¶ Vos aut dilectissimi frēs inensas deo gratias agite: q̄ n̄a fuit vocatio v̄ra: sicut ego exptus sum diuersis mode: multisq̄ modis. Unde mirabilia dei cognoui: z vidi: z p̄serti in dilecto meo. Qui quum puerul' esset: z a. d. f. insecutus: z oino licentiatus pre etatis sue teneritudine: latitabat p̄ oculta domus donec puerilis patientia senilē suparet austeritatē. Ideo optia est: z sancta psuetudo nostra per annū in seculari habitu gr̄as expiri.

optima est et fra  
suetudo p̄ annū in  
seculari habitu gr̄as  
expiri

De directione pastoris.

Edinum vero directionis est p̄ qd̄ de' dirigit aīas dilecti sui in manu preceptoris: z rectoris: quos ipse elegerit spetias liter p̄ instructione: z gubernatione electorū suorū. Iō pp̄ter deum venerandi sunt: z colendi a discipulis z subditis eorū: ne dñs irascat̄ p̄tra filios ingratos rectorib': ac preceptoribus suis. ¶ Aniaduertite ergo: z videte charissimi si mediū dedit vobis dñs: non dico preteriti preceptoris: s̄ ad presens rectoris omni hūilitate prediti: z gubernatoris vobis mediū de' elargit' est infinita charitate ornatū. Unde in humilitate: z charitate p̄fecta deus ip̄e eundē patrem p̄batissimum vos eruditos esse faciat. Itaq̄ capite ab exēplo eiusdē patris prioris vestri: z mei: humiliādi iugū omni hūmāe creature p̄pter deū: sicut hic sanct' p̄r vester in me facere cernitis: in meā correctionē inquam z vestrā doctrinā. Quid de ei' inextimabili charitate dicā: quum p̄ pace: z salute n̄ra: patriā: domum: z pprios fratres dereliquerit: z peregre profectus sit p̄ intēsos calores: hic laborib' fract' pre magnitudine vie: itinerisq̄ acēbitate nō fuit p̄turbat': neq̄ p̄questus: sed tanq̄ agnus mansuet' ad victimā ductus onus benignissime suscepit regendi vos: z me cum tota domo v̄ra: z n̄ra simul. Quid ultra loquar. Hic est alter Moyses de quo scriptum est. Aditissim' erat pre ceteris hoībus vniūse terre. Beati nos si ei credim' sed ve nobis: z vobis si ingrati erim'. q̄ lepra Marie cadet sup nos. Diligam' ergo eū vt prēm. Veneremur vt rectorē aīarū nostrarum. Et ad imaginem z similitudinem dei colam' eū: q̄ nob' a deo datus est in ducem.

De correctione dei.

Edinum correctiōis sunt ille tēptationes quib' domin' sup̄ bos recipit. flagellat in salutē. Et humiles quos diligit: corrigit: z castigat. Unde non minus p̄ hec aduersa imēsa



Dei charitas cognoscitur in electis: quia per cetera alia dulciora media.  
 Nam quia profuisset infantulo lac dulce suxisse genitricis: si correctio  
 genitoris non corripere adolescentiam eius: et eum in solidum panem  
 non abluisset. Unde quanto maiora sunt vulnera diligentis: tanto sunt  
 felicitiora gaudia patientis. Itaque fratres patienter discite iugum domini  
 a iuventute tolerare: si senio illud suave et onus leve fieri poteritis:  
 scriptura attestante. Iugum. n. etc.

**De refectione dei.**

Edium profecto refectionis est unde iustitia mentis dei freno  
 detenta desistit a plagis: et virga correctionis reponit: atque ad  
 tempus abscondit. Tunc quiescit animus a vano timore: et amor  
 Tunc oculi cessant ab intuitu vano. Aures obturantur mundo. Lin  
 gua veluti diu fessa a murmuratone silet. Ad animum illicita: et vana des  
 sinit exercere. Similiter a frequentia incessus pedes refrantur. Me  
 moria obliviscitur malorum: reminiscitur quod mirarum dei: et circa licita: de  
 vota: et sancta versatur. In quibus similiter ratio: et intellectus: qui obscuras  
 habent in tenebras exteriores: ubi aderat fletus: et stridor dentium:  
 diuino nunc lumine illustrati cernunt quod dei sunt. Voluntas vero stabilitur  
 et fugit in christo. Mens autem quae captiua ducebatur per foros: et plateas: per  
 hospitia coquinata usque ad choros puellarum: et iuuenum lasciuias: pu  
 erorumque ludibria. Nunc tanquam morbo lecto in sinu domini Jesu  
 soporatur: et dormit. Unde inouatur totus: et reformatus in pace reficitur:  
 et anima: et corpore solidatur: iuxta promissum domini dicentis. Venite ad  
 me omnes qui laboratis: et onerati estis: et ego reficiam vos. Tunc tempus est orationis  
 et deuotionis: tunc colloquia fugienda sunt: et visitationes: nec non et recre  
 ationes sensuales. Sed magis: magisque in solitudine: et silentio lec  
 tionibus illis insistere: quibus in humilitate: et charitate reformatus  
 ille erudiri possit: cum meditationibus continuis Jesu christi circa eius nati  
 uitate: vitam: passionem: mortem: resurrectionem: et ascensionem. Et sic perse  
 ueranter agere donec ad ultimum perducamur medium consolationis.

**De consolatione spirituali.**

Ultimumque medium consolationis est per quod suavis domini  
 nus sese dilecto suo post eius reformationem in fide: et in humi  
 litate confirmatus ostendere intendit: iuxta illud prophete. Gustate  
 et videte quoniam suavis est dominus. Gustate inquit primo: deinde  
 videte ait. Ideo de gustu in sensatione dicendum est. Demum de diuina  
 visione quod a deuotis audiui loquar. Gustatio in sensatione diuer  
 sa est: et varia in sensibus. Tamen spiritus a domino diffusa est: unde periculo  
 sa est: et in cognitione valde difficilis: presertim in expertis: quia diabolus



conuertit se aliquando in angelū lucis: et similes degustationes: visiones: et reuelationes dare: et ostendere potest: dicente apostolo. Ipse satanas transfiguratur se in angelum lucis. Non desinat tamen de his varietatibus aliqua verba facere: cum remedijs in illis necessarijs et oportunis. **De exemplo cuiusdam iuuenis in diuersis sensatōib⁹ spūs**  
Adiui a quodam iuuenē qui dū semel in ambulatorio domus sue pambulare/cogitās vnde hoc quod tot pulcherrimi et diuites iuuenes: et puellae: charos dereliquētes parētes et cognatos: necnō et seculum. Et ad sacrū gremium pfugiunt religionum: vbi omnis austeritas vite residet: et seueritas morum ad vnguē obseruat. Et quomō tenera infantia hec oīa pati possit: et sustinere. Et ecce tunc quedam subita et repentina suauitas facta ē in pectore cogitantis: ita imēsa: quod vix se continere poterat a clamoribus. Sed ne a parentib⁹ audiret: vi manū ora clausa tenuit: donec cursu quendam secretū locum petisset. Et quāprimū illuc applicuit: suauitas illa penitus euauit. Iuuenis autē stupefactus admirans mirum in modū pectora palpare cepit dicens. Quid hoc est domine: domine mi dolcissime: Nunquid hoc est vnde allitiunt qui ad brauium currunt sacrarum religionum: Si ita est trabe etiam me post te in odore vngentorum tuorum: iam capt⁹ sum: et vulneratus: vnde nō deserā te amodo: donec iudicabis quid vis vt faciam. Hic adeo iebriatus: bacatusque amore Jesu xpi pmasit: vt die noctuque non cessabat aliquādo corde. aliquando ore: exclamare. **Veni dñe tempta me: vte renes meos: et cor meum.** Et ecce audiuit eum dominus Jesus: qui tanta suauitate: et dulcedine repleuit viscera ei⁹: vt persepe pstratus volūtabat spūmas euomendo in superiori solarario: vbi secreto habitabat cubiculo: sicque occurrerat illi pluribus dieb⁹ tpe orationis. Quia de re ad desiderium deductus est relinquendi seculum: eiusque delicias pedib⁹ cōculcādi: dicente cū ppbeta. Elegi abiect⁹ esse in domo dei mei: magis quā habitare in tabernaculis peccatorū: etc. Ideo ad quendam peritum sese contulit religiosum: pro informatione tante rei: cui secretum suum dilucide aperuit. Ille vero vir sensatus: ad experimētum gratie dure increpauit iuuenem: et minatus est eum dicens: quod multi talia gustarunt: et lapsi sunt in profundum inferni. Quia propter suauitatez quam sentiunt deo seruiunt: et non propter Jesum christum. Nam dilectores christi: in passiōibus pro christo delectantur: nō in gustu

27

Desiderium de  
duty et volun  
quendi seculi



sensationum. Unde iuuenis ille ad lachrymas conuersus pollicitus e  
 nunq̄ aplius talia pete: imo oī conatu similia fugere: z euitare: et  
 ad oīa aduersa p nomine Jesu dispōere: se q̄ preparare. Quāobrē  
 p sex fere menses nec ausus fuerat ad celū oculos eleuare pre timo  
 re: z rubore donec in sacra constitut<sup>o</sup> religione ita superatus est a  
 suauitate et dulcedine spiritali varijs modis: certisq̄ horis q̄ nec  
 gare non poterat: sed magis consentire gratie oportuit: et in dño  
 confidere et nutui diuino assentire necesse fuit. Quia p hoc spes:  
 fides: z charitas augebant<sup>r</sup> in eū. Unde fortior habebat<sup>r</sup> in tēpta  
 tionib<sup>o</sup>: z in tribulationibus. Et in contumelijs humiliari sese ma  
 gis: magisq̄ sentiebat. Eo q̄ a demōe ab hominib<sup>o</sup>: z ab ipso deo  
 p septē fere annos grauit<sup>r</sup> fuerat psecut<sup>o</sup> svt ne consolatio: z suas  
 uitas spiritalis aīam seruuli p extollentiā gratiarum deducerent  
 in perditionē. Circa talia plura mihi dixit: que vera esse arbitror:  
 z presertim q̄ dum semel cōpletoriū pulsaret (quia sacra era) t  
 quidā pūntialis suus tergo illi<sup>o</sup> adhesit: q̄ aduertens de reueren  
 tia patris sui: quam diu non viderat: ad pedes eius q̄ primū se pro  
 uoluit: labens q̄ stiūalia eius. Et continuo surgens sensit scitillas  
 dulcedinis p totos corporis artus: quas diu non senserat. Non tū  
 durabāt: nec inualescebant donec stratus intrauerit ad quiescēdū  
 vbi imenso videbat<sup>r</sup> obūmbrari lumine ad instar solis: tali tantaq̄  
 dulcedinis magnitudine: vt alta exclamare voce cogere<sup>t</sup> dicendo  
 Quis es domine: Unde hoc mihi: quia peccator sum: nolo decipi  
 nolo. Adiuua me domine Jesu chrilte: quoniam nisi a te: talia minis  
 me habere intendo. Si tu es domine me tibi cōmendo. Noli me  
 confundere: heu morior: morior: nec huiusmodi dulcorē ferre pos  
 sum pre magnitudine suauitatis illius: z sic iter hec verba desitie  
 bat. Iterum reuertens: ad clamores conuertebat<sup>r</sup> superiores: vba  
 similia faciens: donec hora matutinalis appropinquaret. Timens  
 autem ne propter se scandalum orire<sup>t</sup> ecclesie exclamādo aiebat.  
 Domine si tu es qui me indignū visitas non pmittas officia tua  
 inordinate transire. Tunc statim soporatus p dimidiā fere horā  
 remansit. Congruo q̄ tempore ictu maximo percussū est scabel  
 lum qd̄ stratu adhibebat. Unde expgefactus p̄fat<sup>o</sup> sacrista: oīa  
 ordinate p̄fecit: que matutinalia decebant officia. Sp̄ tamē scin  
 tillas sentiebat donec ad stratū reuertisset: soporandi gratia: vbi  
 quidē ritu quo ante matutinas valide iam gustauerat a domino

1

2

3

4

5



visitabat. Sicq; vsq; ad quindecim dies pseuerauerit: et ultra: Sed sp  
tñ tempore dormitionis more supradicto: tñ ante matutinum q̄  
post matutinū. Deinde quidē multa aduersa: et prospera occurre  
runt ei. Aliquando desiderio desiderabat sentire de dño. et tñ non  
valebat. Aliquando se putabat abiectum: et derelictum fore. Et tñ  
amenitate pfusus mori videbat pre magnitudine dulcoris. Tandē  
immutata est manus domini in eum tñ valide: tñq; acerrime: vt non  
dei amicus ampli⁹ putaret. sed iniquitatum oim seruus: et luciferi  
filius fieri credebatur: sicq; durauit p annos aliquos. Tandem miā  
motus domin⁹ Iesus iterū reformauit eum. Et in passione sua ita  
roborauit: vt meditationē gustaret vulnerū suorū: et illa lachrymas  
biliter fleret. Affatus est etiā q; pluries tpe nocturne dormitiōis  
iacēs: aliquando vigilās aliquando dormiēdo eleuabat spirit⁹ ei⁹  
sup celos. Nesciebat tñ vnde: aut quo modo: s; videbat sibi q; i al  
tū nimis duceret: vbi q; de celo in celū ferebat. Qui quidē celi vi  
trei apparebant: in quibus magni solis radia intēsa penetrabant.  
In subleuatione vero eius in altū: iextimabili suauitate: et dulce  
dine (donec in se reuēter) fruebat. Nonūq; vero (quod credidit)  
attestatus est colorū armoniā pprijs auribus audisse. Quoniam  
oim genus musicorum ita distincte: ac diuise perceperat: q; vide  
batur celorum vnum plenum fuisse citharizantium in cithar⁹ suis  
Aliud plenū psalterijs. Aliud cimbalijs. Aliud in timpano. Aliud  
abūdabat choris. Aliud vero organis pulsabat. Aliud profecto ce  
lum in tubis iubilabat ita vt quāprimum tali superat⁹ amēitate  
in quieto ducebatur sopore vsq; ad congruum expergiscendi: ac  
surgendi tempus. Aliquando dum in oratione: aut extra esset  
affirmabat tali: tantoq; amēissimo sapore: gustuq; mellifluo toto  
repleri corpore: a ventre vsq; ad oris palatum q; nec verbum fa  
cere: nec artus aliquis per se moueri valebat. *Alia plura: ac  
diuersa mihi dixit: que longa essent ad narrandum. Sed non mino  
ra fuisse approbat: que per temptationum aduersitatū: et per ses  
sionum afflictiones. et angustias. patiebatur: q; dulcia illa: et as  
mena que postea degustabat. Altiora protulit: et miranda: de quib  
bus loqui humana vereor lingua: ne forte fabulator potius dicar  
summe xitatis pnuntiator. Attamē vera sunt: et nō mētor. Nos  
uit deus q; non a viro mēdaci. plata fuerunt. Nūquid ergo silebo  
nequaq; porro imo pseqr sermonē de spūali pgnitiōe: et visiōe: et cō  
iugio dei cū aiab⁹ electorū. dein apia secretū secretorū amici dei*



De medio consolationum spiritualium.

**E**dium at hoc vltimum: atz nouissimum est psolatōis. **D**e  
**m** quo ait ppheta. gustate z videte zc. vt supra p quod deus  
 non in sensib<sup>9</sup> corporeis: suauitate: z dulcedie sensitua pe  
 nali: aut pfortatiua visitat dilectum suum. Sed spiritualitē in po  
 tentijs aie tanta sue potētie: imense sapie: eterneqz charitat<sup>7</sup> pōit  
 cognitionē: gustum: visionē: z intellegentiā q<sup>7</sup> supra naturā perci  
 pi<sup>9</sup>: gustat: videt: atz itelligit: q<sup>7</sup> ocul<sup>9</sup> n̄ vidit: zc. **V**irtus eni dei  
